

3479.

1340 d. 7 April.

Håkan Lämas enka CHRISTINA NIKLISDOTTER gifver sin son Nils Håkansson, utom lott och byte, en gård i Näsby. (Jfr N:o 3436, 3480).

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 7. f. 293. v.

Omnibus presentes litteras cernentibus CRISTINA NIKLASA DOTTER quondam consors domini Haquini Joousson dicti Læmæ pie memorie in domino salutem sempiternam. Quoniam ea que rite aguntur in dubium verti solent in plerique [ɔ: et plerumque] ab hominum memoria elabi, nisi viue vocis aut litterarum testimonio confirmentur, Nouerint vniuersi, tam posteri quam presentes, me filio meo perdilecto [ɔ: predilecto] Nicolao Haquonson curiam meam in Næsby, cum omnibus pertinencijs, infra sepes vel extra, agris, pratis, siluis, pascuis nullis penitus exceptis cum consensu liberorum meorum, aliorum ac meorum plurimorum consanguineorum dedisse et appropriasse sibi suis[que] heredibus perpetuum [ɔ:— petuo] possidendam transferens in ipsum plenum proprietatis ius ac possessionis dominium et heredes suos curiam predictam cum attinencijs premissis occupandi, vendendi, commutandi, ac pro libero [ɔ: libitu] suo, tam post obitum meum ut nunc, sine omni diuisione prediorum, quomodolibet libere ordinandi, Jn cuius rei testimonium sigillum meum et domini Mathie prepositi vna cum liberorum meorum scilicet Byrgeri Haquonson, Mathie Haquonson et Ramfrid Haquons dotter, presentibus sunt appensa. Scriptum Anno domini M. CCC. XL. feria VI. ante dominicam palmarum. Jsti confirmatores appropriacionis predij predicti qui hic nominantur, silicet Finuidus in Skalastum, Petrus Hemingusson. Laurencius Finuidson, Finuidus Jngolfsen, Amundus in hørstum Ericus in Styristum Haquinus in Ekeby. Thorirus in Bro eius rei donacionis, Lyxinwardus [ɔ: Lydin-], Hulgerson, est testis et proloqutor.

Sigillen, enligt ritningen: N:o 1, Christinas (sköld utan vidare teckning); N:o 2, »Mathei», andligt; N:o 3, Birger Håkanssons; N:o 4, Mathias Håkanssons; N:o 5, namnet oritadt, Ramfrids (skölden i de 3 sista fyrdelad).

3480.

1340 d. 13 April.

Örebro.

Prosten i Nerike LARS med andra Nerikes ädlingar intygar Fru Christinas i nästföregående bref omnämnda gäfva, som blifvit gjord på allmänt thing i Örebro.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 7. f. 294.

Omnibus presens scriptum cernentibus LAURENCIUS prepositus Nericie Salutem in domino sempiternam. Tenore presentis, singulis fiat notum, me vna cum alijs terre Nerichie nobiliòribus presentem extitisse. super hoc Nobilis